



**I**oannes Sen ex illustri familia baronũ de Mün-  
 singen supra Bernam Heluetiorum natus est.  
 Hic sese humanioribus literis addixit, atq; foelici  
 indole fretus medio crẽ eruditionem acquisiuit. I-  
 taq; primò canonicus, postea etiã Episcopus Ba-  
 siliensis electus fuit, quam functionem is magna  
 dexteritate administrauit. Eius tempore, Anno  
 salutis humanæ millesimo trecentesimo quadra-  
 gesimo octauo, maxima pestis Basileæ fuit, quæ  
 plurimos homines statim absumpsit. Iudæi etiam  
 qui in urbe habitabant, fontes intoxicarant. Itaq;  
 extructa lignea domo in arenoso & sicco Rheni  
 loco, Iudæi ibidem includuntur & comburuntur,

pueri autem eorum proscribuntur.